



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

32. Executores si quid vendiderint, permutarintve, quæ & quod debeant
interuenire. ibid. & nu. 33. 34. 35. & 36.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

venditione ipse executor potest transferre do-
 minium & possessionem in emptorem, etiam
 invito heredem: per not. in l. 2. C. quando decre-
 31 to opus non est. & d. l. alio. † Ratio est: quia
 heres non potest facere, quin executor impleat
 desiderium testatoris: argu. l. si eo. §. 1. ff. de
 iure do. & l. cum pater. §. merito. ff. de lega. 2.
 Quanquam Bal. in 18. q. 4. part. in d. l. id quod
 pauperibus. dicat, quod imò executor hoc face-
 re non potest, nisi discedat heres de possessione:
 & alter ingrediatur: vt l. fistulas. §. fundum.
 ff. de act. emp. argum. l. si quis prohibuerit. ff.
 de publi. Debet ergo talis emptor agere coram
 iudice, quod eius auctoritate mittatur in pos-
 sessionem: vt l. qui vniuersas. §. item, cum præ-
 tor. ff. de acqui. poss. Alioquin ipse commissa-
 rius non poterit per executores expelli: vt l.
 non ex singulis. ff. de rez. iur. Sed prior opinio
 videtur magis iuridica, per ea, quæ superius
 sunt prædicta.

Venditio tamen facta per dictos executores,
 32 debet habere aliquas qualitates. † Prima, quod
 ipse heres debet esse prius requisitus, vt ven-
 dat, quod si constitutus in mora nõ fecerit, ha-
 bebit

bebit locum potestas executoris.

Secundò requiritur, vt pecunias † redactas 33
soluat: non autem conuertat in suos vsus: vt
d. l. alio. vel non vendat fraudulentè suis pro-
pinquis. Si autè bona fide suis propinquis ven-
deret, tolerari posset: vt tenet Bald. in repe. l.
id, quod pauperibus. in 7. qō. 4. part. & alle:
not. per se in authen. quibuscunq̄. modis. C. de
sacr. san. eccle.

Tertiò requiritur, quòd † ipse executor fa- 34
ciat sibi exhiberi res hereditarias, vt non te-
merè procedat ad venditionem rei magnæ pro
parua summa: sed potius equalentem arbitrio
boni viri: quoniam licentia vendendi sibi à
iure tributa, in l. si quis ad declinandam. C. de
epis. & cle. non debet intelligi de potestate li-
bera & absoluta, quæ conceditur quibuslibet:
vt l. fideicommiss. liber. ff. de fideicommiss. li-
ber & l. procu. cui libera. ff. de procur. & l. i.
ff. de testa. mili. sed debet intelligi de pote-
state limitata & importante arbitrium boni
viri: vt l. fideicommiss. §. quæ nquam. ff. de le-
ga. 3. l. i. C. de sacr. san. eccle,

† Quartò requiritur, quod vendat præsen- 35

G s te pe-

te pecunia. Ex quo sequitur, quod non potest
 habere fidem de pretio sicut nec fiscus vel eius
 procurator: ut l. si procu. cum ibi not. de iure
 fisci. & sicut executor sententiæ: ut l. à duo
 Pio §. empto. ff. de re iu. nisi fortè talis execu-
 tor habeat mandatum cum libera ad venden-
 dum: quia tunc posset, si ageret bona fide: ut l.
 qui Romæ §. Callimachus. ff. de verb. oblig. Et
 36 similiter † non proficeret instrumentum con-
 fessionis de recepto, cum pecunia non est præ-
 sens nisi addatur in instrumento, quòd re vera
 habuerunt & receperunt in præsentia notarij
 & testium: quia per talem confessionem non
 impleretur causa satisfactionis legatorum: ut l.
 sed Iul. §. proinde. ff. ad Macedo. l. si ex cau.
 C. de non nu. pec. l. 1. §. quid si liter. & §. quid
 si mutuam. C. si in frau. patro. Addit tamen
 Sali. quòd talis vendens non indiget decreto,
 etiam si heres sit minor l. 3. C. quando decreto
 37 opus non est. † Item adde, quòd si executor in
 venditione opposuit pactum, quòd emptor re-
 trouendat pupillis, quòd nõ poterit postea ven-
 dere in præiudicium pupillorum: ut tenet
 Alex. vol. 3. cons. 35.